

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium Philippica prima. Oratio XLVIII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

# Philippica. I. Fo. CCXXX.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA PRIMA.  
ORATIO XLIII.



ANTEQVAM DE REPUBLICA PATRES C. DICAM ea, quę dicenda hoc tēpore arbitror: exponam vobis breuiter cōsiliū & profectiōis, & reuersionis meę. Ego cum sperare aliquando ad vestrum consiliū auctoritatemq; Remp. esse reuocatam, manendum mihi statuebam, quasi in vigilia quadam consulari, ac senatoria. nec vero vsq; discedebam, nec a Repub. deieceram oculos, ex eo die, quo in adem Telluris conuocati sumus, in quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Atheniesiumq; renouaui vetus exemplū: gręcū etiā verbū vsurpauī, qđ tū in sedādis discordiis vsurpauerat ciuitas illa: atq; oēm memoriā discordiā rū obliuione sempiterna delendā censui. Præclara tum

oratio M. Antonii, egregia etiā voluntas, pax deniq; per eū, & p̄ liberos eius cum præstantissimis ciuibus cōfirmata est. Atq; his principiis reliqua cōsentiebāt, ad deliberationes eas, quas habebat domi de republica, principes ciuitatis adhibebat: ad hūc ordinē res optimas deferrebat: summa cū dignitate & cōstantiā ad ea, quę quęrita erāt, respōdebat: nihil tum, nisi quod erat notū omnibus, in C. Cęsarī cōmentariis reperiēbat. Nū qui exules restituti: vnū aiebat, præterea neminē. Nū immunitates data: nullę respondebat. Assentiri etiā nos Ser. Sulpitio clarissimo viro voluit, nequa tabula post Idus Martias vllius decreti Cęsarī, aut beneficii fieri geretur. Multa prætereo, eaq; præclara, ad singulare em̄ M. Antonii factū festinat oratio. Dictaturā, quę vim iam regię potestatis obsederat, funditus ex Rep. sustulit, de qua ne sententias quidem diximus, scriptū senatuscōsultū, qđ fieri vellet, attulit, quo recitato, auctoritatē eiꝰ summo studio secuti sumus, eiꝰ amplissimis verbis per senatuscōsultū gratias egimus. Lux quædam videbat oblata, nō modo regno, qđ pertuleramus, sed etiā regni timore sublato: magnū q; pignus ab eo Reip. datū, se liberam ciuitatē esse velle, cū Dictatoris nomē, qđ sape iustum fuisset, propter ppetuę dictaturę recētē memoriā funditus ex Rep. sustulisset. Liberatus cędis periculo paucis post diebus Senatus: vnus impactus est fugitiuo illi, q in C. Marii nomen in uaserat, atq; hæc omnia cōmuniter cū Collega. alia porro ppria Dolabella: quæ nisi Collega abfuisset, credo eis fuisse futura cōmunia. Nā cū serperet in vrbe infinitū malū, idq; maneret in dies latius: iidēq; bustū in foro facerent, q illā insepultā sepulturam effecerant: & quotidie magis magisq; perditī hoīes, cum suis similibus seruis, tectis ac templis vrbis minarent: talis animaduersio fuit Dolabellæ, cū in audaces sceleratosq; seruos, tum in impuros, & nefarios liberos: talisq; euersio illius execratae columnę: vt mirū mihi videatur, tā valde reliquū tempus ab illo vno die dissensisse. Ecce em̄ Cal. Iunii, quibus vt adessem edixerat, murata oīa, nihil per Senatū, multa & magna p se ipsum, & absente populo & inuito, Consules designati se audere negabāt in Senatū venire: patrię liberatores vrbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum seruire deiecerant, quos tamen ipsi Consules, & in concionibus, & in omni sermone laudabant. Veterani qui appellabant, quibus hic ordo diligentissime cauerat, non ad cōseruationem earū rerū, quas habebāt, sed ad spem nouarū prædarū incitabant. Quę cū audire mallem q̄ videre, haberēq; ius legationis liberū, ea mente discessi, vt adessem Cal. Ianuarii, qđ initium Senatus cogendi fore videbat. Exposui P. C. profectiōis consiliū, nūc reuersionis, quę plus admirationis habet: breuiter exponam. Cū Brundisū, iterq; illud, qđ tritū in Gręciā est, nō sine causa vitauissem: Cal. Sextilibus veni Syracusas, q; ab vrbe ea transmisiō in Gręciam laudabatur, quæ tamē mihi vrbs coniunctissima, plus vna me nocte, cupiens retinere nō potuit. veritus sum, ne meus repentinus ad meos necessarios aduētus suspitiōis aliqd afferret, si essem cōmoratus. Cū autē me ex Sicilia ad Leucopetrā, qđ est promotoriū agri Rhegyni, vētī detulissent, ab eo loco cōscēdi, vt trāsmitterē, nec ita multū prouectus, reiectus austrō sum in eū ipsum locū, vnde cōscēderā. cūq; intēpesta nox esset, māsissemq; in villa P. Valerii comitis, & familiaris mei, postridieq; apud eundē vētū expectās manerē, municipes Rhegyni comites plures ad me venerunt, ex his qđā Roma recētes: a quibus primū accipio M. Antonii cōcio-

A. v. n. s. i. a.

Dictatura  
sublata.

Vncus im  
pactus.  
Illi. f. C. A.  
matio.  
Insepulta  
sepultura.  
Columna  
execrata.

Veterani.

Legatio li  
bera.

Leucopetra.  
Trāsmitte  
re.

## In M. Antonium

nem: quæ ita mihi placuit, ut ea lecta de reuersione primū cœperim cogitare, nec multo post, edictum Bruti affertur, & Cassii, quod quidē mihi, fortasse quæ eos, etiā plus Reip. q̄ familiaritatis gratia diligo: plenum equitatis videbatur. Addebant præterea (sit em̄ plerūq̄, ut ii, q̄ boni quid volūt afferre, affingant aliqd, quo faciant id, quod nunciant, letius) Reip. conuenturam Cal. Sextilibus: Senatū frequentem fore: Antonium repudiatis malis suavoribus, remissis Gallis prouinciis, ad auctoritatē Senatus esse rediturū. tum vero tāta sum cupiditate incensus ad reditū, ut mihi nulli neq̄ remi, neq̄ venti satisficerent, non quo me ad tempus decursurū putarem: sed ne tardius, q̄ cuperem, Reip. gratularet. Atq̄ ego celeriter Velia deuectus Brutum vidi, quanto meo dolore nō dico, turpe mihi ipsi videbatur, in eā urbē me audere reuer-  
**Bruti fuga.** ti, ex qua Brutus excederet: & ibi velle tuto esse, vbi ille non possiet. Neq̄ vero illum similiter atq̄ ipse erā, cōmotum esse vidi, erectus em̄ maximū, ac pulcherrimū facti conscientia, nihil de suo casu, multa de nostro querebatur. Ex quo primū cognoui, quæ Cal. Sextilibus in Senatu fuisset L. Pisonis oratio, qui quā parū erat (id em̄ ipsum a Bruto audierā) a quibus debuerat, adiutus: tamen & Bruti testimonio, quo quid potest esse grauius! & omnium prædicatione, quos postea vidi, magnā mihi videbat gloriā consecutus. Hūc igitur ut sequerer properaui, quem præsentēs non sunt secuti: nō ut proficerē aliquid (neq̄ em̄ sperabam id, neq̄ perficere poteram) sed ut, si quid mihi humanitus accidisset (multa autē impedere videbant præter naturam etiā, præterq̄ fatū) huius diei vocem testē Reipu. relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis. Quā vtriusq̄ consilii causam P.C. probatā vobis esse confido, prius q̄ de repu-  
**Humanitas**  
**Præter natura & factum.** dicere incipio, pauca querar de hesternā M. Antonii iniuria: cui sum amicus: idq̄ nōnullo ei officio debere esse, præ me semper tuli. Quid tandē erat causæ, cur in Senatu hesternō die tam acerbe cogerer: solus ne aberam: an nō sæpe minus frequentes fuistis: an ea res agebatur, ut etiā egrotos deferri oporteret: Annibal credo erat ad portas: aut de Pyrrhi pace agebatur: ad quā causam etiā Appiū illum & cæcum, & senē delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationibus referebatur, quo in genere Senatores deesse nō solent. Cogunt em̄ non pignoribus, sed eorū, quorū de honore agit, gratia, quod idem fit, cū de triumpho refertur, ita sine cura Cōsules sunt, ut pene liberū sit Senatori non adesse, qui cum mihi mos notus esset, cūq̄ e via lāguerē, & mihi met displicerem, nisi pro amicitia q̄ hoc diceret. At ille vobis au-  
**E via lan-**  
**guerem.**  
**Operis pu-**  
**blicæ.** dientibus, cū fabris se domū meā venturū esse dixit. Nīmīs iracunde hoc quidem, & valde intēperanter, cuius em̄ maleficii ista pœna est: ut dicere in hoc ordinē auderet, se publicis operis disturbaturū publice ex Senatus sententiā ædificatā domū: quis autē vnq̄ tanto damno Senatorē coegit: aut quod est ultra pignus, aut multā: qui si scisset quā sententiā dicturus essem, remississet aliquid profecto de seueritate cogendi. An me censetis P.C. quod vos inuiti secuti estis, decreturum fuisse: ut parentalia cum supplicationibus miscerent: ut inexpiables religiones in  
**Parentalia**  
**L. Brutus.** Remp. inducerent: ut decernerent supplicationes mortuorū: Nihil dico quod fuerit ille L. Brutus, qui & ipse regio dominatu Remp. liberauit, & ad similitudinem virtutem, & simile factū stirpē in prope quingentesimū annum propagauit: adduci tamen non possem, ut quēq̄ mortuū conisgerē cū deorū immortalū religione: ut cuius sepulcrū nusq̄ extet, vbi parentetur, ei publice supplicetur. Ego vero eam sententiā dixissem Patres conscripti, ut me aduersus populū Romani si quis accidisset grauior Reip. casus, si bellū, si morbus, si fames, facile possim defendere: quæ partim iam sunt, partim timeo ne impendeāt. Sed hoc ignoscant dii immortales velim & populo Romano, quod id non probat, & huic ordinī, qui decreuit inuitus. Quid de reliq̄s Reip. malis: licet ne dicere: mihi vero licet, & semp licebit, dignitatē tueri, mortē cōtemnere, potestas modo veniendī in hunc locum sit, dicēdī periculū non recuso. Atq̄ utinā P.C. Cal. Sextilibus adesse potuissem: non quo profici potuerit aliqd, sed ne vnus modo Consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus Rep. inueniretur, qua quidem ex re magnum accipio dolorē: homines amplissimis populū Romani beneficiis vsos L. Pisonē ducem optimę sententiæ non secutos, idcirco ne nos populus Romani consulares fecit, ut in altissimo gradu dignitatis locatū Reip. pro nihilo haberemus: nō modo voce nemo L. Pisoni Consularis, sed ne vultu quidem assensus est. Quenā (malū) est ista volūtaria seruitus: fuerit quēdā necessaria, nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiā loco Consulari dicunt, alia causa est eorū, quorū silentio ignosco: alia eorū, quorū vocē requiro, quos quidem doleo in suspitionem populo Romani venire, nō metu, quod ipsum est turpe, sed aliū alia de causa deesse dignitati suę. Quare primum maximas gratias & habeo, & ago, L. Pisoni: qui nō quid efficere possiet in Rep. cogitauit: sed quid ipse

facere deberet. Deinde a vobis P. C. peto: vt etiam si seq minus audebitis orationē atq; aucto-  
 ritatē meā, benigne tamē me, vt fecistis adhuc, audiat. Primū igit acta Cæsaris seruanda  
 censeo. non quo probē: quis em̄ id qdē potest: sed quia rationē habendā maxime arbitror pa-  
 cis, & otii. vellē adesset Antonius, modo sine aduocatis. sed, vt opinor, licet ei minus valere:  
 qd̄ mihi heri p̄ illū non licebat. doceret me, vel potius vos P. C. quēadmodū ipse Cæsaris acta  
 defenderet. An in cōmētariolis, & chirographis, & libellis se vno auctore platis, ac ne prola-  
 ris quidē, sed rātūmodo dicitis, acta Cæsaris firma erunt: quæ ille in as incidit: in quo populi  
 iussa, perpetuasq; leges esse voluit: pro nihilo habebunt: Equidē existimo nihil tā esse in actis  
 Cæsaris, q̄ leges Cæsaris. An si cui qd̄ ille pmisit, id erit fixū: qd̄ idē facere nō potuit, vt multis  
 multa pmissa non fecit. quæ tñ multo plura reperta sunt illo mortuo, q̄ viuo beneficia p̄ oēs  
 annos tributa, & data, sed ea non muto, nō moueo: summo etiā studio p̄clara illius acta de-  
 fendo. pecunia vtinā ad adē Op̄is maneret. cruenta quidē illa: sed his tēporibus, cū iis quorū  
 est, non redditur, necessaria, q̄q; ea quoq; sit effusa, si ita in actis eius fuit. Ecq; est: qd̄ tā pro-  
 prie dici possit actū eius, qui togatus in Rep. cū potestate, imperioq; versatus sit, q̄ lex: Quere  
 acta Gracchi, leges Sēpronie proferent: quare Syllæ, Cornelie, quid: Cn. Pōpeiū tertius Cōsu-  
 latus, in qbus actis consistit: nempe in legibus. a Cæsare ipso si quæres, quidnā egisset in vr-  
 be, & toga: leges multas respōderet se, & p̄claras tulisse. Chirographa vero aut mutaret, aut  
 non daret: aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret. Sed ea ipsa concedo: quibusdā in  
 rebus etiā cōnueo. in maximis vero rebus, idest legibus, acta Cæsaris dissolui, ferendū nō pu-  
 to. Quæ lex melior, vttilior, optima etiā in Rep. sēpius flagitata: q̄ ne Prætorie p̄uincie plusq̄  
 annū, ne plus q̄ biennū Consulares obtinerent: hac lege sublata vident ne vobis acta Cæsaris  
 feruari: quid: ea lege, quæ promulgata est de tertia Decuria iudicū: nōne oēs iudiciarie leges  
 Cæsaris dissoluunt: & vos acta Cæsaris defenditis, q̄ leges eius euertitis: nisi forte, si qd̄ memo-  
 rie causa retulit in libellū, id numerabit in actis: & quis iniquū & inutile sit, defendetur: qd̄  
 ad populū Centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæsaris nō habebit. At quæ est ista tertia de-  
 curia: Centurionū inqt. quid: isti ordinī iudicatus lege Iulia, etiā ante Pōpeia, Aurelia nō pa-  
 tebat: Cēsus præfinitiebat inqt. non Centurioni qdē solum, sed Equiti etiā Romano. itaq; viri  
 fortissimi atq; honestissimi, qui ordines duxerunt, res & iudicant, & iudicauerunt. Non quæ-  
 ro inquit istos: quicūq; ordinē duxit, iudicet. At si feratis, q̄cunq; equo meruisset, qd̄ est lau-  
 datius, nemini p̄baretis. In iudice em̄ spectari & fortuna debet, & dignitas. Non quero inquit  
 ista: addo etiā iudices manipulares ex legione Alaudarū. aliter em̄ nostri negant posse se sal-  
 uos esse. O contumeliosum honorē iis, quos ad iudicandū, nec opinantes vocatis. hic em̄ est  
 legis iudex, vt ii in tertia Decuria iudicent, q̄ libere iudicare nō audeant. in quo quantus est  
 error diū immortales eorum, qui istā legē excogitauerunt. vt em̄ q̄sq; sordidissimus videbi-  
 tur, ita libētissime seueritate iudicandi sordes suas eluet: laborabitq; vt honestis Decuriis po-  
 tius dignus videat, q̄ in turpes iure coniectus. Altera promulgata lex est, vt & de vi, & de  
 maiestate damnati, ad populū prouocent, si velint. Hęc vtrū tandē lex est: an legū oīm dissolu-  
 tio: Quis em̄ est hodie, cuius intersit istā legem manere: nemo reus est istis legibus: nemo, quē  
 futurū putemus. Armis em̄ gesta, nunq̄ profecto in iudiciū vocabunt. At res popularis, vt  
 nam qd̄em velletis aliqd̄ esse populare. Omnes. n. iā ciues de Reip. salute vna & mente, & voce  
 consentiunt. Quæ est igitur ea cupiditas eius legis ferende, quæ turpitudinē summā habeat,  
 gratiā nullā: Quid em̄ turpius q̄ qui maiestatem populi Romani p̄ vim minuerit, eum damna-  
 tū iudicio, ad eam ipsam reuerti, propter quā sit iure damnatus: Sed qd̄ plura de lege dispu-  
 to: quasi vero id agat, vt quisq; prouocet. id agitur: id fertur: ne qs omnino vnq̄ istis legibus  
 reus fiat. Quis em̄ aut accusator tā amens reperiet, qui reo condemnato obiici se multitudi-  
 ni conductę velit: aut iudex, qui reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim  
 protrahatur: Non igit prouocatio ista lege datur: sed due maxime salutare leges, quæstionesq;  
 tollunt. quid est igitur aliud: q̄ adhortari adolefcētes, vt turbulenti, & seditiosi, vt perniciosi  
 ciues velint esse: quā aut ad Reipu. pestē furor tribunitiū impelli nō poterit, his duabus quæ-  
 stionibus de vi, & de maiestate sublati: quid: q̄ abrogatur his legibus Cæsaris, quæ iubent  
 ei, qui de vi, itēq; ei, q̄ maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici: quibus cum prouocatio  
 datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur: Quæ quidē ego P. C. qui illa nunq̄ probaui, ita cōser-  
 uanda concordie causa arbitratus sum: vt nō modo, quas viuus Cæsar leges tulisset, infirmā  
 das hoc tempore non putarem: sed ne illas quidem, quas post mortē Cæsaris prolatas esse &

Acta Cæsaris.

In actis  
Cæsaris  
fuit.Cæsaris  
acta.

Iudicatus.

Alauda le-  
gio Gallica  
ciuitate a  
Cæsare do-  
nata.Eluet non  
eleuet legē  
dū indicat  
verbū labo-  
rabit.Aqua &  
igni inter-  
dici.

## In M. Antonium

fixas videtis, de exilio reducti sunt a mortuo: ciuitas data non solū singulis, sed etiā nationibus, & prouinciis vniuersis: immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo. Ergo hæc vno viro optimo auctore domo plata defendimus, eas leges, quas ipse vobis inspectatibus recitauit, pnūciauit, tulit, qbus latis gloriabat, iisq; legibus Rēp. cōtineri putabat, de puinciis, de iudiciis: eas inquā Cæsaris leges nos, q defendimus acta Cæsaris, euertendas putabimus. Ac de iis tñ legibus, que pmulgate sunt, saltē queri possumus: de iis, que iā plata dicunt, ne illud qdē licuit. Ille, n. nulla pmulgatiōe late sunt ante, q scripte. Querūt qd sit: cur, aut ego, aut qsq; vestrū P.C. bonis Tribunis pl. leges malas metuat, paratos habem⁹ q intercedāt, paratos q Rēp. religione defendāt: vacuū metu esse debemus, quas tu mihi intercessionibus inquis: quas religiones: eas scilicet, quibus Reip. salus continet, negligimus ista, & nimis antiqua, & stulta ducimus, forū sepietur, oēs claudēt aditus, armati in p̄sidiis multis in locis collocantur, quid tū: qd erit ita gestū, id lex erit: & in es incidi iubebitis: credo illa legitima, quæ Consules populū iure rogauerūt, hoc em̄ a maioribus accepimus ius rogandi, populus quæ iure sciuit, qui populus: is ne, q exclusus est: quo iure: an eo, qd vi & armis omne sublatū est: Atq; ego hoc dico de futuris: q est augurū, ante dicere ea, que vitari possunt: que si facta nō erunt, refellet oratio mea. Loquor de legibus pmulgatis, de qbus est integrū vobis, demōstro vitia: tollite, denuncio vim, arma: remouete. Irasci qdem mihi Dolabella p̄ Rep. dicenti non oportebit, qd qdem te id facturū non arbitror, noui em̄ facilitatē tuā. Collegā tuum aiūt in hac sua fortuna, que bona ipsi videt: mihi, ne grauius quippiā dicā, auorū & auunculi sui cōsulatū si imitaretur, fortunatior videret, sed eū iracundū audio factū. Video autē q sit odiosum, habere iratū eundē, & armatū: cū tanta p̄sertim gladiorū sit impunitas, sed promā ius vt opinor equū: qd M. Antoniu nō arbitror repudiaturū. Ego si qd in vitā ei⁹, aut in mores cōtumelię dixero: quo minus mihi inimicissim⁹ sit, nō recusabo, si cōsuetudinē meā, quā semper in Rep. habui, tenuero, idest si libere, que sentiā, de Rep. dixero: primū deprecor ne irascatur, deinde, si hoc non impetro: peto, vt sic irasca: vt qbus armis vta, si ita necesse est, vt dicat, sui defendendī causa, iis q pro Rep. que ipsis visa erunt, dixerint, ista arma ne noceant, qd hac postulatione dici potest equius: Q; si, vt a qbusdam mihi eius familiaribus dictū est: oīs eum quæ habetur cōtra volūtātē eius oratio, grauius offendit, etiā si nulla inest contumelia: feremus amici naturā, sed iidem illi ita mecū: nō idē tibi aduersario Cæsaris licebit, qd Pisoni focero, & simul admonēt qddam, qd cauebimus: nec erit iustior P.C. in Senatū non veniendī morbi causa, q mortis. Sed p̄ deos immortales: te enim intuens Dolabella, qui es mihi charissimus, non possum de vtriusq; vestrū errore reticere. Credo, n. vos hoies nobiles, magna quedā spectātes, nō pecuniā, vt quidā nimis creduli suspicant, que semp ab amplissimo quoq; clarissimoq; cōtemptra est: nō opes violentas, & populo Ro. minime ferendā potētā: sed charitatē ciuiū & gloriā cōcupisse. Ea autē est gloria, & laus, recte factorū, magnorūq; in Rēp. meritorū, que cū optimi cuiusq; tū etiā multitudinis testimonio cōprobat. Dicerē Dolabella q recte factorū fructus esset, nisi te paulisper esse exptū videremus. Quē potes recordari in vita tibi illuxisse diē latiorē: q cū expiato foro, dissipato cōcursu impiorū, principib⁹ sceleris p̄na affectis, te domū recepisti: cui⁹ ordinis: cuius gn̄is: cui⁹ deniq; fortunę studia tū laudis, & gratulationi tuę se nō ¶ obtulerūt: Quin mihi etiā, quo auctore te in iis reb⁹ vt arbitrātur: & gratias boni viri agebant, & tuo noīe gratulabāt. Recordare qso Dolabella cōsensum illū theatri, cū oēs earū rerū oblitī, p̄pter quas tibi fuerāt offensi, significauerūt se beneficio nouo memoriā doloris veteris abiecisse. Hęc tu potuisti Dolabella (magno loquor cum dolore) hęc tu inquā equo aīo potuisti tātā dignitatē deponere: Te autē M. Antoni absentē appello: vnū illū diē, quo in eade Telluris Senatus fuit, nō oīs iis mēsis, qbus te qdā multum a me dissentietes beatū putant, antepōnis: quæ fuit oratio de cōcordia: quanto metu veterani, quāta sollicitudinē ciuitas, tū a te liberata est: cū tuū Collegā depositis inimiciis, oblit⁹ aspiciorū, auguria te ipso augure nunciāte, illo primū diē Collegā tibi esse voluisti: reip. tuus paruus fili⁹ in Capitolū a te missus pacis obses fuit, quo Senat⁹ diē letior: quo populus Romanus: q qdē nulla in cōcione vnq; frequentior fuit, tū deniq; liberati p̄ viros fortissimos videbamur, q, vt illi voluerāt, libertatē pax cōsequat. Proximo altero, tertio, deniq; reliq; cōsecutis dieb⁹ nō itermittebas quasi donū aliqd̄ quotidie afferre reip. maximū autē illud, q Dictatū re nōmē sustulisti, hęc iniusta est a te, a te inquā mortuo Cæsari nota ad ignominia sēpiternā. Vt, n. p̄pter vni⁹ M. Mālii scelus decreto gētis Mālię neminē patriciū M. Māliū vocari licet: sic

In es incidi  
Rogare po  
pulum,

Ciceronis  
fiducia.

trulerunt.

Manliorū  
nota.

tu propter vnus  
pro salute Reip. can  
bat: Vnde igitur  
licet qd cuiq; liber  
gnoui. qd solēt  
eriam suspitione  
pates, plus te vnū  
ignoras viā glorię  
tui vero & in odio  
balis, ipsis illis, q  
minisses: de quo t  
voluisse, vt propo  
na: libertate esse p  
bissimū eiu diē  
Sed quid oratione  
esse, q metui: nihil  
ipsi sunt. Beat⁹ d  
toris gloria inter  
republicam, vt n  
test. Et populi qd  
ste fero. Quid em̄  
statue plausus infi  
incredibiliter con  
vel testimonia por  
qui cum adesse ip  
mani, ac visceribus  
ri putabatis, non E  
lus Romanus tri  
dem is sum, q it  
cum a summis, me  
sensum solebat, fu  
sunt grauissima: r  
se! Satis em̄ erat,  
charum suis, qui  
in quo meminim  
terpretamini: qui  
tuos, vita tā cha  
secutus esset, extra  
Que potestas si m  
tam mihi me, q R  
quid accesserit: no



ru propter vnus Dictatoris odium, nomē Dictatoris funditus sustulisti. Num huiusce, cum Dictatoris  
 pro salute Reip. tanta gessisses, fortunę te: nū amplitudinis: nū claritatis: num gloria pœnite nomē subla  
 bat: Vnde igitur subito tanta ista mutatio: nō possum adduci, vt suspicer, te pecunia captū, tum,  
 licet qđ cuiq; liber, loquat: credere nō est necesse, nihil. n. vnq; in te sordidū, nihil humile co  
 gnouī. qđ solēt domestici deprauare nōnunq;. sed noui firmitatē tuā: atq; vtinā vt culpā, sic  
 etiam suspitionē vitare potuisses. Illud magis vereor, ne ignorans verū iter glorię, gloriosum  
 putes, plus te vnū posse, q̄ omnes: & metui a ciuibus tuis, q̄ diligī malis, qđ si ita putas, totā  
 ignoras viā glorię. Charū esse ciuē, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligī, gloriosum est. me  
 tui vero & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillū, caducum. Qđ videmus etiam in fa  
 bulo, ipsis illis, q, Oderint dū metuāt, dixerint: pñciosum fuisse. Vtinā Antonī auū tuū me  
 minisses: de quo tamen multa audisti ex me sapissime. Putas ne illum immortalitatē mereri Oderit, dū  
 voluisse, vt propter armorū metuendorū licentiā metueret: illa erat vita, illa secunda fortu  
 metuant,  
 na: libertate esse parē cū ceteris, principē dignitate. Itaq; vt omittā res aui tuī prosperas, acer  
 bissimū eius diē supremū malim, q̄ L. Cinnæ dominatū, a quo ille crudelissime est interfectus.  
 Sed quid oratione te flectā: si enim exitus C. Cęsarīs efficere hoc non potest, vt malis charus  
 esse, q̄ metui: nihil cuiusq; proficiet, nec valebit oratio. quē qui beatū fuisse putant, miserimi  
 ipsi sunt. Beat⁹ est nemo, qui ea lege viuit, vt nō modo impune, sed etiā cum summa interse  
 ctoris gloria interfici possit. Quare flecte te queso, & maiores tuos respice, atq; ita governa  
 rempublicam, vt natū te esse ciues tuī gaudeant: sine quo nec beatus, nec clarus esse quisq; po  
 test. Et populī qđem Ro. iudicia multa ambo habetis, quibus vos non satis moueri permole  
 ste fero. Quid em̄ gladiatorii clamores innumerabiliū ciuiū! quid populī versus: qđ Pompeiī  
 statue plausus infiniti! quid ii Tribuni plebis, qui vobis aduersantur: parū ne hæc significāt,  
 incredibiliter consentiētē populī Ro. vniuersi voluntatē! Quid Apollinariū ludox; plausus:  
 vel testimonia potius, & iudicia populī Romani: vobis parua esse videbātur! O beatos illos,  
 qui cum adesse ipsis, propter vim armorū, nō licebat: aderāt tamen, & in medullis populī Ro  
 Accius,  
 mani, ac visceribus herebant. nisi forte Accio tum laudi, & sexagesimo post anno palmā da  
 ri putabatis, non Bruto, q̄ iis ludis ita caruit, vt in illo apparatissimo spectaculo studiū popu  
 lus Romanus tribuerit absentī, desiderū liberatoris sui ppetuo plausu & clamore leniret. E  
 qđem is sum, q̄ istos plausus, cum a popularibus ciuibus tribuerent, semp contempserim. idēq;  
 cum a summis, mediis, infimis, cū deniq; ab vniuersis, hoc idē fit: cūq; ii, q̄ ante seq populī cō  
 sensum solebāt, fugiunt: nō plausum illū, sed iudiciū puto. Sin hæc leuiora vobis vident, quæ  
 Plausus,  
 Iudicium,  
 sunt grauissima: nū etiā hoc cōtemnitis, qđ sensistis tam charā populo Ro. vitā A. Hirciī fuis  
 se! Satis em̄ erat, probatū illum esse populo Romano, vt est: iucūdū amicis, in quo vincit oēs:  
 charum suis, quibus est ipse charissimus. tantā tamē sollicitudinē bonorū, tantū timorē oīm  
 in quo meminimus: certe in nullo. Quid igitur: hoc vos per deos immortales quale sit nō in  
 terpretamini: quid eos de nostra vita cogitare censetis: quibus eorū, quos sperāt Reip. cōsul  
 turos, vita tā chara sit! Cepi P. C. reuersionis meę fructū: qm̄ ea dixi, vt quicūq; casus con  
 secutus esset, extaret cōscientię meę testimoniū: & sum a vobis benigne, ac diligēter auditus.  
 Quę potestas si mihi sapius sine meo vestroq; periculo fiet, vtar. Si minus: quātū potero, nō  
 tam mihi me, q̄ Reip. referuabo. Mihi fere satis est, qđ vixi, vel ad ætatē, vel ad gloriā. huc si  
 quid accesserit: non tam mihi, q̄ vobis, Reiq; publicæ accesserit.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA SECVNDA.

ORATIO. XLV.



VONAM meo fato P. C. fieri dicā, vt nemo his annis viginti reip.  
 hostis fuerit, qđ nō bellū eodē tēpore mihi quoq; indixerit: Nec vero  
 necesse est a me quēq; nominari vobis, cū ipsi recordemini. mihi pœ  
 narū illi, plusq; optarē, dederunt. te miror Antonī quorū facta imi  
 tere, eorū exit⁹ nō perhorrescere. Atq; hoc in aliis minus mirabar.  
 nemo illorū mihi inimicus fuit volūtarius: omnes a me Reip. cau  
 sa laceffiti. tu, ne verbo qđē violat⁹, vt audacior q̄ L. Catilina, furio  
 sior, q̄ P. Clodius viderere, vltro maledictis me laceffisti, tuāq; a me  
 alienationē ad ciues ipios tibi glorię fore putauisti. Quid putē: con  
 tēptū ne me! non video nec in vita, nec in gratia, nec in reb⁹ gestis,